causa succubuit et succubens quoniam se praenominatus Bilinski
cum suis successoribus eidem Iwan Berezniczki aut eius posteris
citare permisserit tunc recedens ab omni suo proprio foro et com
petens coram praesenti Castrensi Premisliensi officio cui se actus praesentis
respecit cum suis successoribus bonisque omnibus ultro incorporat
semper in primo citationis termino peremptorie stare parere rendere
inscriptionibus eidem cum suis successoribus ac eius omnibus contentis satisfa
cere tunc quoniam opus fuerit tenebitur nulla praescriptione
terrestri in praemissis obstante eundem primum terminum peremp
torium et alios subsequens nullis modis viis coloribus
motionibus appellationibus earumque per additiones prosequi
tionibus crastinationibus praescriptionibus suspensionibus panis textum
Marcarum Dilectionibus ad quietationem statutisque laudat et lau
dans differens immo se cum successoribus suis omnibus generaliter iuris
remedii renuntiantes et abdicantes quod mentis firmatum est.

Rogozinszki tt Stupnicki

Compositus praesentis coram officio et actis praesentis Castrensis capi
tanealibus Premisliensibus Nobilis Paulus Rogozinski a terris
districtibus viribusque suis quibusvis propriis ac foro
competens recedens hinc vero praesenti Castrensi Capitaneali
Premisliensi iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis
omnibus quo ad actum effectumque praesentis inscriptionis attinet in
toto incorporans et subiciens sanus mente et corpore
exempta palam praesentem libere per expressumque recognovit quia
Nobili Jaczko Stupniczki et eius legitimis successoribus
summam septuaginta florenorum pecunia monetae et numeri po
lonici singulum florenum triginta grossis polonicis computantur
certi veri liquidi mutua atque essentialis debiti tenetur et
est debitus quamquidem summam se cum successoribus in
et super bonis suis omnibus obligat et inscribit eidem Jaczko
Stupniczki aut eius posteris hinc pro die et festo con
versionis sancti Pauli Apostoli proxime et immediate
venturum in Castro Premisliensi circa affectum et acta praesentia
Castrensi Premisliensi totaliter et in effectu dare solvere repo
nere relinquere non exfidelitare aut quovismodo per se

submissasque quasvis personas arestare casu vero quod si
summam praefatam pro tempore supradicto solutionem assignatam non solve
rit aut quovismodo cum successoribus suis solvere neglexerit
extunc debebit ac tenebitur prout se cum successoribus in bonis
suis omnibus obligat et inscribit in crastino eiusdem diei solutioni
assignatae vel tunc dum per ministerialem quemcumque capient
dare et libere admittere realem intromissionem cum actuali
et pacifica possessione eidem Stupniczki aut eius posteris in
bona sua sua vel tres cmetones bene possessionatos quos
sibi elegerit in sorte ipsius in villa Rogozno existens sub va
dio septuaginta florenorum pecunia monetae polonicae dataque eidem reali
intromissione cum actuali et pacifica possessione per ipsum Stu
pniczki et eius posteros praefata bona cum omni iure dominio et pro
prietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et pertinentiis fructibus
censibus proventibus laboribus ac generaliter universis utilitatibus
in summa septuaginta florenorum pecunia monetae polonicae tenendum ha
bendum pacificeque possidendum ac pro usu suo suorumque successorum meli
ori et utiliori convertendum sequitur ab accepta possessione ad fe
stum nativitatis domini tunc proxime venturum et in effectu praesentis
exemptionis extunc ad aliud simile festum nativitatis domini
et sic consequenter de anno in annum annis se sequentibus usque ad
exemptionem et summae praefatae omnimoda coniunctim per solutionem
iuxta cursum terrarum debetque ac tenebitur praefatus Rogozinszki
prout se cum successoribus in bonis suis omnibus obligat et inscribit
eundem Jaczko Stupniczki et eius successores in dictis bonis
et occasione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica qua
rumcumque personarum status sexus ac conditionis cuiusvis
existens nec non inscriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus
debitis vinculis reformationibus advitalitatibusque cui
cumque personarum factis seu faciendis tum citationibus conditionibus
additionibus immotescendis super ipsis bonis posit et ponendis lucris
perlucris perductis et perducendis tunc quoniam opus fuerit
tueri defendere evincere eliberare bonaque eadem semper
munda et libera facere nec ipsemet pacificam possessionem

1192